

Q. H. 130, 22.

LESVS

super X 2002895



Luctuosissimum obitum

ILLVSTRIS ET GENEROSI DOMINI,
DOMINI

WOLFGANGI ERNESTI

COMITIS IN STOLBERG/
Königstein/ Rutschfort/ Wernigeroda & Hohnstein/etc.

Domini sui clementissimi.

Domini sui clementissimi.



Scripti

a

CONRADO BONSEMAN

Stolbergense Cherusco.



LIPSIÆ,

MICHAEL LANTZENBERGER
EXCUDEBAT.

ANNO

1606.

K. 130.





Illustribus ac Generosis Dominis

D. IOANNI

D. HEINRICO

Comitibus in Stolbergk / Königstein / Rutschfort /

Warnigeroda & Hohnstein / etc. defuncti fratribus

DOMINIS

suis Clementissimis S.



N vobis COMITES generosi epicedia, Fratris

Edidit in tristem quæ mea Musa obitum.

Mœsta decent mœstos, capite atq; dolente dolere

Consensu parili cætera membra solent.

Vos ambo Hercynicæ capita estis splendida terræ,

A quibus usque amplam patria sentit opem.

Vos calido ingenuas nisu defenditis artes,

Entheæ & eximium religionis opus.

Fecit idem Frater quem nunc comitamini ad urnam,

Ille oculus Phœbi, lampas & Eusebies.

Condoluisse igitur quis vobis nollet, & istoc

Siccoculus præsens cernere flebile opus?

O mihi suppeterent vires, quæ carmina vellem

Quam gravia, Orcigenæ scribere in ausa ducis!

Sed quorsum ista loquor? venti mea vota per auras

Dispergunt, aures nec superum arripiunt.

Hic igitur sistam remos: si dixero saltem id;

VOS TEGAT OMMIPOTENS, LUMINA BINA, DEUS.

Generosit. VV.

Subiectissimus autor.



Ad defunctum auctoris threnodia.

T Andem, heu, magne Comes Lachesis quoq³ licia rupit
Indomitâ vitæ forcipe cara tua.

Tandem, heu, te Libitina capit nunc rancida, in urnam,
Et te fossorum turba inamœna rapit.

Dissilit in partes propè cor meum, & unda oculorum
Exilit ut faciem tergere sat nequeam.

Te te ego patronum, te mœcenatem habui usq³,
Tu semper turbae fautor Hiantis eras.

Sub te Thymbraei florebat Apollinis aruum,
Sub te Thespiadum stabat aperta domus.

Sub te crescebant, Svada, Eusebieq³, Diceq³,
Sub te pax, sub te nil nisi plausus erat.

At nunc (heu diram mortem heroinam & iniquam
Plus justo) plausum planctus abire jubet.

O mihi saltem unum vellet succedere votum, (cum.
Rhenanum haud aurum mallem ego & Hungari-

Scilicet ut possem jam colchidos accipere herbam,

Quâ vetulum quondam iuvit Amasia herum.

Mox ego tentarem nunquid quoq³ reddere possem,

Scintillam vitæ, flos generose, tibi.

Sed nil est; nec enim permittitur inde regressus,

Fati petra hinc cedens quò semel iuit homo.

Hoc saltem superest patientia ut herbam adipiscar,
Forsan erit cordi hac mox medicina meo.
Salve terq; quaterq; heros mihi humate, at humate
Non Phœbi ex voto, non Charitum ex animo.
Salve inquam, atq; isthoc tandem donum in scrobe habe-
Quod lacrima & gemitus elicuere tibi. (to,

Virtus ad mortem.

Quid nigropepla hoc sit mors! ô quid pessima pestis?
Cur nostrum comitem tam citò falce metis?
Cur perimis caput usq; adeò carum atq; venustum,
Diva Perillaum digna subire bovem?
O factum indignum; calidæ ebullire cuinam,
Hinc nollent pleno flumine lacrimule?
An feritate sua te tygris Caspia adæquet?
An brutis animus durior est Libycis?
Vix credo tantum hac, vix inquam, adamantis habere
In corde ut nequeant blanditiis capier.
Parcis cornici, corvo, cervo atq; colubro,
Parcere cur tanto displicuit capiti?
Hoc fortasse animum pupugit quod justitiam & jus
Fovit ita eximie, textit ita ingenuè?
Præcipua hac causa est, videor sanè olfacere, at non
Augustam hinc trudes Orcium ad ignem animam.
Non

*Non infernales licetor Plutonium isti
Audebit laqueos injicere aut ligulas.
Cœlitis ante thronum fulget decorata Monarchæ,
Et rabiem eludit torva tyrannatuum.*

*Anguicomæ sed tu rursus modò ad antra Megaræ
Hinc te aufer, sulphur cum pice habeq; tibi.*

*Phœbi præfagium de morte defuncti, cum ei
sua facula extingveretur.*

Esse quid hoc dicam, mea quod facula occidit, isthac

Quam manu ego solitus ducere ubiq; fui?

Accidit haud unquam mihi tale, haud accidit, inquam,

Aoniâ sceptrum dum mihi in arce fuit.

Emoriar si non adimit mihi livida lumen

Mors: necat eximium forsân enim ense virum.

Sic est, haud trepidam fallunt præfagia mentem,

Non diu erit, luctus atq; novi hîc aderunt.

Pallas ad defunctum.

Gymnasii ô nostri decus entheum amate Dynasta,

Quam me uos urget mors tua habere oculos!

Non Heraclitum olim credo fleuisse mihi æquè;

Non æquè Nioben in lapidem quæ abiit.

Tollebam geminam nuper manum, ita acriter omnes

In nostrum nervos quod gereres studium.

A 3

Tem-

Tempora ferali sed nunc (proh) sindone cingam,
Inq̄ meras abeunt gaudia neniolas.
O superesse meis potuisses longius arvis,
Pro te ego non lautas poscerem opes Arabum.
O rugosa alio flexisset Morta sarissam
Non detrectarem multa inamœna pati.
Sed quoniam glacies ita cor constrinxit iniquæ
Huic Deæ, ut haud ullas respiciat lacrimas:
Te tumulo includi patiar, mea splendida pompa,
Atq̄ sepulcricolis vermibus ossa dari.
Non tamen inde puta te nunc totum esse tenebris
Obrutum ut haud posthac cernere aprica queas.
Tu mihi claresces in posterum ut Hesperus, atq̄
Laus tua honoratis stabit ubiq̄ locis.

Ad Viatorem prætereuntem.

Sta, mi viator, & noli velocius
Hinc ire; Cynthius jubet.
Hic namq̄ dormit istius peculium
Comes, merumq̄ saccharum.
Tumbam vide, en, scrobisq̄ cerne januam,
Spectacula isthæc tristia.
Nunquid fluor venit tibi inde luminum,
Et cor movetur intimum?

Esset

Esset Perillus ille calculo omnium
Quin & Perillo durior;
Qui non doleret atq; vitam amabili
Optaret isti corculo.

Sed quid? virago Morta, quæ bonos rapit
Æquè ut malos, non flectitur.

Tu manibus precare fausta splendidis
Iterq; rursum suscipe.

Fama ad defuncti nomen.

Huc ades ô dignum nomen laudari & amari
Ob possessoris strenua gesta tui.

Prende meos humeros, ego te portabo per omnes
Ausonia fines, Cecropiumq; solum.

Sauromatas, Persas, Numidas, Garamantas & A-
Visemus, reliquos atq; soli populos. (phros

Ad solium ducam tandem te solis utrumq;
Hic tibi post Domini funera detur honos.

Huc ades ô dignum nomen laudari & amari,
Pergere tempus adest, prende meos humeros.

Defunctus ad fratres.

Sistite ocellares Germani ô sistite stillas,
Et nolite ferâ tundere corda manu.

Me

Me licet ista ingens homicida quoq; ense necarit
Mors suo, & ad putridam iusserit ire scrobem.
Nil nocuisse potest, nil detrimenti habeo inde,
Nec penitus jaceo, non penitus taceo.
Per mortem hanc mihi vita data est nova, Christi & in
Gaudia percipio non peritura mei. (ulnis
Tersaq; cum aligeris concinno melismata turmis,
Pocula sunt neectar, fercula manna mihi.
Non si quantum auri Lydorum regia Sardis
Continet, aut Phrygii turgida cista ducis.
Non si inquam mundi totius mi dare gazas
Velletis, Dominum me facere atq; soli,
Temporis ad punctum saltem ad vos inde regressum
Nunc ubi sum, facerem, credite uterq; mihi.
Sistite ocellares properè ergo o sistite stillas
Et nolite ferà tundere corda manu.

Xa 4124 FINIS.



Q. H. 130, 22

L E

Luctuosifs

ILLVSTRIS ET
D O

WOLFGANG
COMITIS IN

Rönigstein/ Rutschefort,

Domini



CONRADO
Stolberg

MICHAEL
EXC

A

K. 130

